

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere u  
cum fonte primo

Reges a recte agendo uocati sunt,  
ideoque recte faciendo regis nomen  
tenetur, peccando amittitur.

Recte ergo illi reges uocantur qui tam  
semetipsos quam subiectos bene  
regendo modificare nouerunt.

Ysidorus libro III. de summo bono.

Reges a recte agendo uocati sunt,  
ideoque recte faciendo regis nomen  
tenetur, peccando amittitur.

Nam et uiros sanctos proinde reges  
uocari in sacris eloquiis, eo quod recte  
agant, sensusque proprios bene regant et  
motus resistentes sibi rationabili  
discretionem componant.

Recte igitur illi reges uocantur qui tam  
semetipsos quam subiectos, bene  
regendo, modificare nouerunt.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3, 48, 7  
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.298, ll.36-  
42).